



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

149. Naumachia Bruti cum Massiliensibus: Ex Cæsare, l. 1. de bello Ciuili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

P R Æ L I V M.

Ex varijs Phœtarum Græcorum & historicorum sensibus, maximè verò Libanij, qui in *ἐπιδικτικῶν ὑπομνημάτων* id prolixè describit.

Descriptio CXLVII.

IN lato, patentique campo instruitur acies, stant in prociectu milites, ex hac parte glomerati inter se pedites, pes pedi, vir viro, clypeus denique clypeo confertus adheret. Ex illa alarum vice explicantur equites, cristarum ymbris opacati, ære, ferroque cataphracti, vnus est omnium ardor, scintillant oculi, spirat in vultu furor Martius, fiduciaque permixtus horror, virtutem quasi subditis stimulis incitat: hinniunt interim equi, volitant signa, fulgent gladij, concinunt litui, clangunt tubæ, & immani quodam strepitu tympana personant: Iam congressus, iam pugna, etiam pulueris nubes, varijsque discursus: iamque tormentorum flammæ, & fragores, missiliumque globulorum concitata grandines: mox collisæ inter se in modum rostratarum nauium acies; tridunt, tridunt, feriunt, cœdunt, vicissimque feriuntur, & cœduntur; alternis veluti fluctibus reciprocata: sequuntur inde varia, quæ solent fortunæ ludibria, cædes multiplices, deuictorum fuga, clades nunc singulorum, nunc vniuersorum: eques, pedesque confusi, armatis inermes, integris debiles impliciti, equi suffossi, in cruore lapsantes, trunca capita, succisi poplites, spirantia cadavera, morientium gemitus, insulantium clamores: atque inter hanc rerum faciem flumen exundans sanguinis.

NAVMACHIA BRVTI
cum Massiliensibus, Cæsar. lib. 1.
de bello ciuili.

Descriptio CXLVIII.

VM hæc ad Herdam geruntur, Massilienses vsu L. Domitij consilio, naues longas expe-

diunt, numero xvij. quarum erant xi. tectæ. Multa his minora nauigia addunt; vt ipsa multitudine nostra classis terreatur, magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum imponit; atque hos præijs pollicitationibus que incitat. Certas sibi deposcit naues Domitius, atque has colonis pastoribusque quos secum adduxerat, complet. Sic, omnibus rebus instructa classe, magna fiducia ad nostras naues procedunt; quibus præerat D. Brutus: hæc ad insulam quæ est contra Massiliam, stationes obtinebant. Erat multo inferior numero nauium Brutus, sed delectos ex omnibus legionibus fortissimos viros antesignanos, centuriones Cæsar & classi attribuerat, qui sibi id muneris deposcuerant; manus ferreas, atque harpagones parauerant, magnoque numero pilorum, tragularum, reliquorumque telorum, se instruxerant; ita cognito hostium aduentu, suas naues ex portu educunt, cum Massiliensibus consistunt. Pugnatum vtrumque est fortissimè atque acerrimè: neque multum Albicis nostris virtute cedeabant, homines asperi & montani, exercitati in armis: atque ij modo digressi à Massiliensibus recentem eorum pollicitationem animis continebant; pastoresque indomiti spe libertatis excitati, sub oculis domini suam probare operam studebant. Ipsi Massilienses & celeritate nauium, & scientia gubernatorum consili, nostros eludebant, impetusque eorum excipiebant, & quod licebat, latiore spatio, producta longius acie, circumuenire nostros, aut pluribus nauibus adorti singulas, aut remos transeuntes detegere, vt possent, contendebant: cum propius erat necessario ventum, abs scientia gubernatorum atque artificij, ad virtutem montanorum confugebant. Nostri quod minus exercitatis remigibus minusque peritis gubernatoribus utebantur, qui repente ex onerarijs nauibus erant producti, neque dum etiam vocabulis armentorum cognitis, tum etiam grauitate & tarditate nauium impediabantur. Factæ enim subito ex humida materia, non eundem vsu celeritatis habebant. Itaque dum locus comminus pugnandi daretur, quo animo singulas binis nauibus obijciebant, atque iniecta manu ferrea, & retenta vtraque naue, diuersi pugnabant, atque in hostium naues transcendebant; & magno numero Albicorum & pastorum interfecto, partem nauium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt.

DAVI.